



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 8. Lotharingii Cardinalis literæ ad Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

ris momentum exoptabat: eapropter tum spargere cæperat, quod usque ad proximam Sessionem Tridenti perfistere, usumque Calicis concedi, totis viribus urgere velit, ut hac ratione Protestantibus eo facilius ad finem Ecclesiæ revocari possent: declarabat insuper, quod cum Cleri consensu procurare vellet, ut quædam Ecclesiastica bona dividerentur, hocque pacto Regnum ære alieno levaretur, nunquam vero Franciæ Legationem, quamvis ei offerretur, se acceptaturum dicebat, ut maledicorum calumnias, atque hæreticorum accusationes eluderet: denique promiserat, quod non velit quidquam in Galliis sancire, ne per Pontificiam quidem auctoritatem, absque reliquorum Præfulum consensu.

§. VIII.

Lotharingii Cardinalis literæ ad Papam.

Pallav. n. II. Mem. pour le Conc. Lett. de Loth. au Pape 16. Aug. p. 483. Verum biduo, antequam ampla hæc verba proferret, longe diversam animi sui sententiam die decima sexta Aprilis calamo summo Pontifici manifestabat: „Percepi, quod Sanctitas vestra „Synodum feliciter absolvi exoptet, „cum non modo ea, quæ dogma respiciunt, sed etiam cuncta ad solidam „mnium

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„mnium Ordinum emendationem ne-
 „cessaria plene sint decisa: hinc Lan-
 „sacum ad Franciæ Aulam reverti cu-
 „rabam, dato eidem negotio, ut is, quæ
 „desuper mens mea esset, Reginæ Ad-
 „ministratrici exponeret, qui etiam
 „hanc provinciam sibi demandatam
 „cum tanta prudentia, ac dexteritate
 „obibat, ut prosperum hujus legationis
 „successum expectans spem concipiam,
 „fore, ut ne Rex quidem Synodi exi-
 „tum quovis obstaculo retardare velit,
 „nec dubito, quin Sanctitas vestra
 „meam agendi rationem æqui, boni-
 „que consulat, præcipue cum mihi nun-
 „tiatum sit, quod ipsemet Cæsar meas
 „rationes ratas habeat, exactius tamen
 „ea de re edoceri petat per illum No-
 „bilem Virum, quem ea de caussa ad
 „Cæsarem ablegavi: quamprimum igi-
 „tur hic gratum responsum tulerit, mox
 „illud Sanctitati vestræ communicabo:
 „interea vero rem eo deducere cona-
 „bor, ut ad hujus Mensis exitum Ses-
 „sio celebrari valeat, in qua omnia e-
 „mendationem, & Matrimonii Sacra-
 „mentum concernentia absolvi pote-
 „runt; quamvis enim Patres circa
 „clandestina connubia in diversas ab-
 „sente sententias, adjutorio tamen Spi-
 „ritus Sancti confusus unionem inter
 „illos revocari spero: finita autem Ses-

Sæcul XVI.
A. C. 1563.

„sione quantocius Romam contendere
„decevi, ut ad Sanctitatis vestræ pe-
„des provolutus obsequii mei studium
„rursus manifestum reddere, ac testari
„valeam, quod nemo alius me magis
„Sanctitati vestræ addictus nil intenta-
„tum relinquam, ut benignam, quam
„de me concepit, opinionem confer-
„vare possim.

§. IX.

*Oratores Cæsarei juncta cum Lunensi
Comite opera agere jussi.*

Pallav. l. 22.
c. 5. n. 12.
§ 13.

Die vigesima septima ejusdem Mensis
Augusti rursus aliæ Cæsaris literæ
ad Synodum deferebantur, in quibus
Ferdinandus suis Oratoribus significa-
bat, quod reformationis decreta sibi
transmissa cum tanto artificio essent
confecta, ut Principibus ejusmodi re-
formatio haud toleranda ostenderetur,
eo fine, ut illam rejicerent, necnon in
ipsum infamia recideret, atque Aula Ro-
mana regeſta in alios culpa in antiqua
dissolutione sua persisteret.

Postea ad particularia progressus
ajebat: „multa continentur in hisce
„articulis de Ordine Ecclesiastico, quæ
„quidem mihi egregia videntur, ut ca-
„men intelligerem, quo pacto ea in
„usum deduci possent in Imperii locis,
„optarem, ut illic adessent Episcopi
„Ger-